Fredzo Quietat Broniowsk

Idem tenetur Eidem.

iuris extendetur, extendique eo facto debet. Praeterea inscribit ac
submittit se praenominatus recognoscens, cum successoribus, in et super bonis
suis hereditariis, inscriptionem praesentem, ex his Actis Castren. ad Ac-
ta Terrestria Premisien. pro primis vel secundis terminis terrestribus
Premisien. proxime ventur, seu prima vel secunda positione indicaria
Actorum eorundem terrestrium Praemisien. quod horum prius et proximius
celebratum extiterit, sub hac vel meliori verborum forma trans-
ferre, et transportare. Et circa transportationem inscriptionis
praesentis, tenebitur Generosam Agnetem de Mlodathycze, consortem
suam, cum duobus annis ipsius, de linea praesentia proximioribus, ad eadem
Acta Terrestria Premisien. ad consentiendum super inscriptionem praesentem, quo
ad omnia iura ipsius reformatoria, et Adnitalicia, ac alia quaevis omnia
ipsam in supradictis bonis modo quolibet concernen. spectat et pertinet, ad
ducere, et statuere. Sub vadio Nonnugentorum florenorum pecuniae communis
polonicae ad polnendum de facto succumbere, pro quibus quidem vadio
cum summa essentiali innuit, seu vadiis, ex quaevis re et causa transgressus,
Quoniam se praenominatus recognoscens, cum successoribus suis, praenominato Sta-
nislao Kroniowski, aut eius successoribus, Cittare promiserit, totum a
pallatiatibus, terris, dictionibus, iurisdictionibusque suis quibusvis proprijs
et competentibus recedere. Coram Castren. Premisien. Iudicio sive officio, cui
se Cactus praesentis respectu cum successoribus, bonisque suis omnibus
subiecit, semper in primo Cittationis termino, tanquam peremptorie, stare,
parere, iudicare, vadioque praefatae, cum summa essentiali innuit. Tum
vadiis, luitur, et solutis, utriusque inscriptionem praesenti, et omnibus in ea con-
tentis, totus quoniam opus fuit, satisfacere, et dictum pati, a Iudicio
sive officio non recedere, tenebitur, et tenebuntur, nulla praescriptione terrestri
in praemissis obstante. Terminum ipsum primum, tanquam peremptorie, et alios
subsequentes cum terminis, nullis diffugiis iuris, legalibus quibusvis
impedimentis, Cittatione pro maiori, ad Quietem Cunctorum, munimen-
ta quaevis, tum poenis trium et ter trium Marcarum Ipsarum, vera vel
simplici infirmitatibus, luis, bellis, Conventionibus, Gualibus vel par-
ticularibus, servitio et negotio quoniam, Evocatione de tua, et dictum,
absentia regis a regno, Interregno, Minorennitate successorum, aliisque
omnibus, et singulis dictionibus, de iure communi concedi solitis Lo-

renuntiantes, et se cum successoribus omnibus iuris remediis abscribentes,
Tunque praescriptionibus, et Evasionibus, Fatalijs iuris, et causae
non prosequutis, Conversijs, et allegationibus, Statutis novis
vel antiquis, Insuper motionibus Appellationibus earumque Universis pro-
sequutionibus, evadendo et subterfugiendo, sive et successorum suorum
sub amissione totius causae, nulla praescriptione terrestri in praemissis obstante,

Subditus Kirecski inscribit se Lodzinski.

Comparens personaliter coram officio, et Actis praesentibus Castren.
Praemisien. Honestus Maxym, de oppido Kierecza, subditus
Generosi Andreae Kierecki cum personali assistentia eiusdem Andreae Kie-
reczki penes ipsum personaliter stans, et ad infrascripta omnia eidem libere
consentiens, recedens a quibusvis Iuribus, et Iurisdictionibus suis proprijs
faroque quoniam suo competentibus renuntiavit. Hinc vero praesenti Castren.
Premisien. Iurisdictioni, una cum successoribus, et bonis suis omnibus, mobi-
libus et immobilibus, cuivis iuri, et iurisdictioni subiectis, plenarie
incorporavit, meum et corpore sanus existens, publice ultro, per expressumque
recognovit. Quia ipse, nomine suo, et Honesti Thoma Sierecze
de eodem oppido Kierecza, subditus praefatus Generosi Andreae Kierecki,
Generoso Joanni Lodzinski de Radwanowycze, et eius successoribus
pro Honesto Thymko, de Kierecza, subditus ipsius Andreae Kie-
reczki, quondam servitore Generosi Stanislai Kruczowski canit et
fideiubet, ac praesens se, ac suos successores, super omnibus bonis
suis, mobilibus et immobilibus, summisque pecuniarijs, habitis et
habendis, cuivis iuri, et iurisdictioni subiectis, atque in persona sua
Eidem Joanni Lodzinski, ac illius posteritati, pro eodem Thymkone de
Kierecza, Quod ipse met Thymko pro vulneribus eidem per famulos
praedicti Joannis Lodzinski illatis et inflictis, Ex quo eidem pro ipsis
vulneribus illatis est satisfactum, nulla via et ratione praefato
Joanni Lodzinski, ac filijs, et famulis ipsius in vite eorum pe-
riculum diffidabit, neque super ipso, filijs, et famulis, ac bonis
illius omnibus ignem, et alio quovismodo, eiusmodi vulnera sua,